



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

**Sandini, Antonio**

**Bambergæ, 1753**

LVII. Bonifacius II. Anno Christi 530. Justiniani Imp. 4. Athalarici Regis 5.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65446](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65446)

qui Romæ mortem subierunt. Omnes  
fuisse professione Medicos, dictosque *Anar-*  
*gyros*, quod sine pretio ægrotos curarent.  
Ædem ab Felice IV. non Arabibus, sed  
Romanis dicatam, & hos procul dubio  
esse, qui in Canone Missæ memorantur.

## LVII.

## BONIFACIUS II.

ANNO CHRISTI 530.

JUSTINIANI IMP. 4. ATHA-  
LARICI REGIS 5.

**B**ONIFACIUS II. Sigibuldi filius, Bar. an.  
Romanus anno 530. XVII. Kal. 530. 9.  
Novembr. in Basilica Julii Felici IV. 2. 4.  
substitutus est. Eodem tempore in Pag. §. 5.  
Æde Constantiniana pars Cleri suf-  
fecit Dioscorum, quo paucis post die-  
bus mortuo, extinctum est Schisma.  
Bonifacius mortuum tanquam Simo-  
niæ reum anathematizavit. Ut au- Bar. an.  
tem occurreret licentiæ Regum Go- 531. §. 2.  
thorum in designandis Pontificibus, & seqq.  
habito Romæ Concilio delegit Vigi- Pag. §. 4.  
lium Diaconum, qui sibi succederet,  
consentiente Clero, consensumque  
præstitum & jurejurando & chiro-  
graphis confirmante. Quæ res, ut-

Q 3

pote



pote contraria sacris legibus, offici-  
 énsque libertati Comitiorum, adeò  
 postea Clericis & Bonifacio ipsi dis-  
 plicuit, ut alio congregato Conci-  
 lio decretum pœnitendum abrogaret,  
 ignique traderet. (1) Alibi etiam,  
 quàm in legitima Pontificis electione  
 animum habuit. Namque approba-  
 to Concilio Arausicano II. (2) finem  
 imposuit certamini Semipelagianor-  
 um, quod Ga ias distraxerat per  
 annos centum; & ad assequendam per-  
 fectiorem divina gratia intelligentiam,  
 præ cæteris beatæ recordationis Au-  
 gustinum Episcopum tanquam ma-  
 gistrum optimum proposuit laudavitque.  
 (3) Diem obiit anno 531. XVII. Kal.  
 Novembr. anno Pontificatus uno vix  
 completo,

### ANNOTATIONES.

(1) Vides ne Pontifici quidem, nedum  
 Episcopis licere designare successorem su-  
 um. Sunt tamen, ut legere est apud Vin-  
 centium Cardinalem Petram. tom. 4. Com-  
 ment. ad Constitut. Apostol. pag. 119.  
 num. 10. qui putent, id facere posse Pon-  
 tificem, si *Ecclsiæ necessitas vel evidens  
 utilitas* postulet. Cum autem hæc eligen-  
 di ratio periculo non careat, plerique con-  
 dunt



cludunt, eam ne ab Romanis quidem Pontifibus esse usurpandam. Vide annotat. 3. ad S. Hilarum.

(2) Vide Appendicem Operum S. Prosperi Aquitani pag. 352. & 759.

(3) Norisius lib. 2. Hist. pelag. cap. 23.

## LVIII.

## JOANNES II.

ANNO CHRISTI 532.

JUSTINIANI 6. ATHALARICI

7.

JOANNES II. cui *Mercurio* cognomen, Projecti filius, Romanus, anno 532. die postremâ Decembris Pontificatum accepit. Pugnavit adversus Simoniae vitium, quod grassabatur non modò in electione Episcoporum, sed etiam Pontificum. Petivit enim ab Athalarico Italiae Rege, impetravitque, ut adversus ejusmodi Simoniacos, quos non compescerent sacri Canones, Regiâ ageret potestate, pœnisque saeculi eosdem comprimeret, quos nec Dei timor, neque Ecclesiastica censura corrigeret. (1) Vocem: *Unus de Trinitate crucifixus est carne*, quam Monachi Scythæ acriter tuebantur, & summus Pontifex

Bar. an.

531. §. 8.

Pa §. 5

Bar. an.

533. §. 4.

32.

Bar. an.

534. §.

23. Pag.

§. 2. 3.

Q 4

Hor-